

CIMELIA

Kal. Kornp

Qu

4830

Lucas Ruthenus

Compendiosa

in Modum

construendarum

epistolarum

Manuductio

Cracoviae


1522



4830

CIMELIA

J. W. 114.



Cim. Qu. 4830

Bibl. Jag.

COMPENDIOSA IN MODVM CONSTRVNDARVM

epistolarum manuductio, pro vtili scholasticorū
in studio Cracouienſi, per magistrum
Lucam de noua ciuitate Ruſſiæ,
maiori qua poterat dili-
gentia congeſſa.



LVCAS RVTHENVS DE NOVA CIVITATE

artiũ liberalium magister, Magnifico ac egregio viro
domino Stanislao Biel de noua ciuitate sacre sci
entiae interpreti tam excellentissimo q̃ sapien
tissimo Canonico ecclesiae cathedralis
Cracouiẽ, Rectori studiĩ generalis
vr̃bis eiusdem, promotori ac pa
trono suo S.P. D.

T Ametsi egregie domine doctor, permulti sint doctissimi
viri in hoc studio nostro, cuius excellentia tua director est, ne
vmbraẽ q̃dem ego illorũ æquiparari dignus: quorũ quisq̃ tra
ditione sua omnibus facile ad modum construendũ episto
larum plurimũ cõmodi afferre posset. Nos t̃s tamẽ nõ deesse
etiã cupiens adolescentulis, quorũ me gero praeceptorem, has
Isagogas pro vtilitate eorũdem publicandas deliberaui, epis
tolis ipsorũ quarũ plurimas legi impulsus, in quibus adeo ie
iunos, aridos, & barbaros pleriq̃ sese indicarunt: vt gotthico
potius eos sermone vsos q̃ latino nõ iniuria affirmarem. Quib
us si vtentur barbarum scribendi modum aspernati, ad lepi
diorem cultioremq̃ modum scribendi accedent. Cogitanti
autẽ mihi cui potissimũ hic dicandus foret libellus: qui eum
ab omnibus maliuolorũ morsibus tuereť, sub cuius quoq̃ pro
tectione compedibus irretitus attramentarijs, aliquando pro
puerulorũ nostrorũ cõmodo secure publicari possit, tua excel
lencia mihi occurrit: quæ ob preclaras virtutes, q̃bus eandem
esse ornatam nemo dubitat, mihi digna visa est, cui hunc libel
lum nostrum cõmendarem. Suscipe itaq̃ ipsum quem tuẽ ex
cellentię pro eiusdem singulari in nos dedicauimus amore, vt
celsitudini tuẽ dicatus, auspicijs tuis legatur, tuorũ splendore
ac tanti nominis celebritate vigeat protegat & gescat. Quem
iterum atq̃ iterũ excellentię tuẽ cõmendo. Valeat feliciter ex
cellentia tua Pilyos victura annos, mearum rerum spes & so
lamen vnicũ. Datũ Cracouiẽ v Idus Ianuarias, Anno domini
Millesimo quingentesimo vigesimo secundo,

AD CELEBERRIMVM VIRVM STANISLAVM

Biel de Noua ciuitate sacre pagine interpretem Cano-
nicum ecclesie cathedralis Cracouiensis, inclytic
gymnasij craco: moderatore, Carmen Vlde

T Ange lyram Patarge tuam, digitisq; canora
Plectra moue, vt dulces chorda det ipsa sonos.
Addite Pyerides numeros, & carmina cedro
Digna, simul potus ex Helicone sacros.
Huc citharam facunde nepos fer plaustro Bootes
Seruat vbi gelidus, perpetuoq; riget.
Ex laudum cumulo minimas producite tantum.
Quem non ancipitem copia tanta facit?
Inclyta virtutis merito non stirpe probantur
Munera, Comendo quem bona vita probat.
Est hominum mediocriter genus: quo summa videtur
Virtus, heredem non sinit esse sui.
Pars quoq; maiorum titulos, & nomina vana
Quam temere iactant, ac super astra ferunt.
Interea nudi frigent, cornicis & instar.
Implumes nequeunt euolare magis.
Ingenium, moresq; simul perpendere ad vnguem
Gente volunt plures, de patrioq; solo.
Moribus egregijs media quid viuere quenq;
Barbarie prohibet: sub rigidi sue polis:
Simplex quum vitis probitas: astutia recto,
Sæpe rose vrtica est proxima, & alba nigris.
Quem penes est virtus adamas discrimine nullo
Barbarus, an Græcus, Sarmata sit, vel Arabs
Non tamen inficior, quin vim natura locorum
Ingenijs propriam contulerit, modosq;
Hinc studijs animi varijs diuersa sequentes
Sese delectant, quilibet arte sua.
Orbe tamen toto nihil est præstantius, atq;
Mentem doctrinis percoluisse bonis.

Hinc te iure stupet doctor celeberrime, & ornat
Incluta præ cunctis munere Croca suo.
Te iuuenes venerantur, amant, te docta caterua
Diligit, & vitam tollit ad astra probam.
Hoc probitas, hoc cana fides, & longa senectus
Promeruit dudum quicquid honoris habes.
Talibus insignem titulis miratur, & inde
Docta nouis auctum Croca videre cupit.
Russia te primum teneris nutriuit ab annis
Dignum pulchra tenet carmine Croca virum.
Te latium vidit quondam, & Germania fortis.
At nunc pace fouet Croca diserta virum.
Carminè prætenui celebrem te nostra salutat
Musa virum, & sacro dogmate conspicuum
Dogmata sacra doces, sophiæ atq; arcana triformis,
Eruis interpres sensa profunda dei.

LVCE RVTHENI DE NOVA CIVI-
TATE ARTIVM LIBERALIVM
MAGISTRI AD EVNDEM
TETRASTICHON.

Viue vale doctor Pyllos foeliciter annos,
Et cōmendatum me tibi semper habe.
Det tibi post fatum spaciosi conditor orbis
Foelices campos, Elysiumq; precor.

IN COMPENDIOSAM MODI COMPO-
nendarum epistolarū manuductionem præfatio.

Neminem profecto fugit officiū epistolare, mor-
taliū negocijs plurimū afferre vtilitatis, & ad-
iumenti, ex eo potissimū, quū coniunctissimos in
longinquissimis terrę orbis a se absentes (dum mu-
tuo ad se scribant) præsentēs efficiat, vel quod
mirabilius inimicissimos tuto colloqui faciat. Quod pulchre
Ouidius Naso graphice in hæc verba depinxit. His arcana no-
tis terra pelagūq; feruntur. Inspicit acceptas hostis ab hoste
notas. Epistola enim non erubescit, non suspirat, neq; timore
percutitur: sed quæ cōmissa fuerint firmo animo pronuntiat.
Vnde vel amicitiam, humanarū rerum bonū, vel inimicitiam,
auget aut diminuit, si ad eam stilus elegans (qui miro quodam
modo animos hominū cōmouere demulcereq; consuevit) ac-
cedat. Quū igitur plurimorū epistolas legentes, aridas, ieiunas,
aca suauitate elogi penitus semotas, conspeximus, hanc bre-
uem & compendiosam introductionem, compedibus vt aiunt
atramentarijs, præmi pro nostrorū adolescentulorū cōmodo cu-
rauius. Vbi quāto breuius quātoq; facilius licebit eis iter
ad structuram epistolarum ostendere enitemur libello in binas
partes sortito. Principio quedam triuialia prægustamenta præ-
mittendo, & primo quid sit epistola, & vnde dicatur. Quis mo-
dus eius ex quibus constet partibus. Deinde quem ordinem
vnaqueq; sortiatur pars, ad exornationes cum aliquot exēplis
in gbus dicta & dicenda clarius videbuntur in parte secunda
accedemus, Vnde sit hoc primę partis,

Caput primum.

Quid sit epistola & vnde dicatur, quæ demū sit differentia in-
ter literam & epistolam continens.

Epistola est animorū nostrorū ad amicos absentes nuntia,
Vel, Epistola est oratio pedestris, quæ amicos absentes præ-
sentes facit, tam ad voluptatem q̃ vtilitatem, & publicam &
priuatam diuinitus adiuuenta, Ob hoc enim vsus epistolę rea-

pertus est, vt nostrarū rerū, atq; interdum alienarū cum amicis
absentibus ipsa epistola mediante habeat tractatus, & vt eis q;
bus volumus partim nomine nostro partim aliorū, qd gestum,
aut quid futurum sit nuntiaremus. Dicitur autem epistola, ab
epistelio græco verbo, quod sane mando vel mitto significat.
Vnde quod greci epistolam dicunt, latini literas vocant. Non
coeunt tamen quū vt maioribus nostris visum est, inter se ma-
gnū discrimen habeant. Litera enim elementū, vt a b c d si-
gnificat. Epistola vero id quod ad amicū mittitur repræsentat.
Quandoq; tamē litera etiā epistolam notat, apud nullos tamē
aptius præterq; apud Poetas, q; hoc gratia carminis facere ad-
mittunt. Vnde Oui, Quā legis ab rapta Briseide, litera venit.
Et alibi: Perlegis: an coniunx phibet noua perlege nō est. Ista
Micenea litera scripta manu. Licet tamē epistolam pro litera
frequentissime poni inuenias. Hoc tamen diligenter notabis
Literas vnas binas ternas quaternas, numerū earū aduerbiali-
ter. Epistolam autē vnā duas tres quatuor eē. nominaliter ex-
primendo poni debere, & quū dicit, vnę literæ, binæ literę, &
terne, ac si diceret: vna epistola, duæ epistolæ, tres significare.

De triplici stilo epistolarum, & de vi ratione ac varie-
tate eius, ac de quibusdam alijs circa structuram
epistolarum necessarijs. Caput secundum

Postponendo diuersa epistolarum genera quibus fere, inuti-
liter tamē totus abundat orbis, de modo parumper disse-
rere libuit: qui talis in epistola quauis adhibendus est, vt aut
stilo graui, quod sublime etiā dicitur, aut mediocri, aut infimo
scribamus. Vnde stilus grauis est: quo res graues describimus
præcipue ad res diuinas, vel ad religionem, siue statum reipu-
ptinentes, vbi verba sint rara, sententię crebrę, authoritatibus
resplendentes, & structurę profusioris. tamen absq; verborum
nimia nouitate & antiquitate: quę non intelligibile & horri-
dum scriptum quodlibet efficere consuevit. Cuius stili exem-
pli gratia, hanc subiungimus orationem: quā pro diuersitate
stilorum vnicuiq; stilo attribuemus, aliter tamen & aliter.

Nunc in stilo graui.

¶ Quum permagnū est onus & difficile de hijs rebus orationē habere, quę sunt amplissimę, & quouis oratore clarissimo dignę. Tamē illud hoc loci me reddit audentiorē q̃ exilitas in genij mei patiatur: quod estis vos patres amplissimi, vt eruditissimi sic omniū humanissimi, atq; vnice perbenigni. Matrimonij vero laudes & si innumerabiles sunt, ex hoc tamen laus eius etiam apparere potest. Siue enim ipsum naturę ductum, siue rationes atq; honestatis vim consideremus, nihil esse in actiua ciuiliq; vita, aut antiquius aut dignius reperiemus, bene cōuenientis coniugij charitate & sanctimonia. Quare nō prudenter solum, verū etiā sancte ac pie ille mihi humano generi videtur consuluisse, qui primus matrimoniū instituit. Et qui nam is fuit? num Romulus? num Cecrops? num Vulcanus? stultus profecto existimandus videtur mihi qui huiusmodi inuentum humano generi tribuat. Altius certe repetendum est, nobilissimi huius ac sanctissimi instituti principium. Fuit inq; fuit omnipotens ille ac summus rerū omniū creator & auctor deus: qui cōtinuo in primis nostris illis parentibus cōiugium instituit, iubens: Crescite & multiplicamini & replete terram. Mediocris vero stilus habet non rara admodum & exquisita verba, vel sententias: sed meliora longe & ornatiora, rarioraq; infimo stilo, vt si dicatur hoc modo.

Exemplum stili mediocris in eadem materia

¶ Nihil est tam salubre humano generi patres amplissimi, q̃ posteritati operam adhibere, quodq; Aurelius inquit: Generationi generationem preparare oportet. Nam quū quotidie diuersis discriminibus in orcum dilabimur: debemus diligentius consulere successioni. Quod nequire cōmodius apriusq; fieri: q̃ si cōubio mares femineq; sanctissimo coniungantur: quis est: qui nesciat? A superis est igitur ad mortaliū consuetudinem vtilitatemq; matrimonium institutum.

¶ Stilus infimus dictus est: non q̃ habeat verba ignaris pedagogulis cōmunia sed ornata non tamen exquisita non habens quoq; auctoritates sententiasq; crebras: fluído tamē loquendi modo gaudens sic.

Exemplum stili infimi.

Non inprouide sibi cōsuluerunt: qui matrimonij leges subire contendunt: vnde omnis humana rite propagatur vita. De hijs stilis tales dantur versus.

De stilo graui.

Si diuina tuis immisces, altaq; chartis
Vtere tunc amplo, subline quod ipse vocabis
Viribus hic superat alios, cui copia vocum
Maximus ornatus: cui comprehendere multa
Comatibus paucis iuuat: admirabilis esto
Attonitos reddens animos, flectensq; monendo.

De mediocri stilo.

Maiores, bellum, populus, pax, gesta; regum
Donabunt medium, media huic vocabula sunt.
Vberior sensu primo, robustior & plus
Neruorum gestans in fit translatio sæpe.

De infimo stilo.

Infimus hic facilis penitus seiunctus ab istis.
Quotidiana volens: quasi tum vernacula verba
Contextum fugias, spernasq; barbara doctus.
Cistis omnibus stilis modus scribēdi epistolas nostras accommodari potest: hoc tamē discrimine, q̄ in stilo graui sicut diximus, epistolam scribemus: quę res graues præcipue diuinas vel ad religionē siue statum reipublicę pertinentes cōplecti videbūt. In stilo vero mediocri epistolam quę de moribus, rebus gestis de consilio dando vel capiēdo tractatura est scribemus. In stilo autē infimo epistolas de rebus familiaribus, iocosis, quotidianis negotiantes, construemus: partibus in sequēti capite in epistola locandis præcognitis. Anteq̄ tamen ad eas accedamus, hæc auidum componendarū epistolarū scire volumus. Primo vt rem quā describere intendit secū in animo volutet: in quo tandē stilo aptius locanda sit aduertens prout materia præconcepta postulat: rem verbis idoneis & stilo accommodatis exprimat, non nouis nec multum inueteratis sed quotidianis: obseruata tamē varietate & verborū & orationū; quę multum

(veluti diuersi flosculi oculos) legentē audientemue delectabunt, longinquissimas translationes, circūloquutionesq; ac si scopulum fugiat. Nulla enim (testantibus Tullio in libro de Oratore, & Quintiliano in viij de tropis) debet fieri deformis translatio. Vocalium quoq; cōcursus, & in vnā consonantē frequens terminatio euitet. Hiantem enim & sibilosam orationem talia cōmissa reddere vidēt. Ommitto nūc sexcenta alia huiusmodi vicia; quæ glibet pro diligentia sua & ingenij sagacitate euitabit.

De communi plurimorū errore, & a quibusuis doctissimis scriptoribus penitus alieno; quo ducti vnum pluratiuo numero compellare interscribendum aſueti sunt. Caput III.

Illud etiā summopere fugiendum est, ne ad vnū scribentes pluralitatis numero vtamur. In quem errorem omneis fere ætatis nostrę homines incurrunt, putantes se magis honorare eum ad quem scribunt. In qua re non tam ignorantia hominū (quia id vt arbitror scientes agunt) q̃ stultitia admirat. Nam si id honoris causa non faciunt cur barbare loquunt. Si vero id honoris gratia agunt, cur eo quoq; sermone deum non honorant, quē singulari numero affantur? An maior reuerentia regi aut pontifici debet q̃ deo? At qui si barbare loquunt, quū aliquē vnū alloquentes plurali numero vtimur, cur etiam non dicamur barbare loqui, quū de nobis ipsis loquentes pro singulari pluratiuū numerū vsurpamus dicentes, Nos, pro ego. Et quod mirabilius in eodē loco modo singularem, modo pluralem numerum adhibentes. Ver. O Melibœ deus nobis hæc ocia fecit. Namq; erit ille mihi semper deus illius aram. Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Ille meas errare boves vt cernis &c. Hic Tiryrus de se loquens, nūc nos, nunc me ait. Et Quintilianus, Vtinam hoc fata mihi præstarent, vt residuum laborantis animę in tuo poneremus amplexu. Obtinuit certe vsus vt in prima persona loquētes, nunc singulari, nunc vero plurali numero vtamur. In secūda vero psona nemo vnq; doctus ad vnū dirigens sermonē pluraliter loquutus est. Cuius

rei hæc videt ratio fuisse, & decet homines de seipsis modeste,
& vt ita dicam humiliter loqui, de alijs vero honorifice, & cum
dignitate habere sermonem. Minueremus enim quodammodo
dignitatem alterius si ei in rebus gestis alium quasi socium adiun-
geremus, vt si Cæsarem aliquem diceremus: Vos Pompeium su-
perastis, vestra est gloria, Pro. Tu Pompeium superasti tua est
gloria. Ita e contrario videmur nescio quomodo modestius lo-
qui, si quæ nos soli egimus plurali numero exprimamus, hoc
modo: Multa scripsimus, multa gessimus, magnam sumus glo-
riam apud nostros homines consequuti, quasi non soli sed alijs
adiutoribus id egerimus. Initium igitur huiusmodi loquendi mo-
destia fuit atque humilitas, sed tantum paulatim inualuit consue-
tudo, vt etiam vbi iste respectus non est, aliquando singularem,
aliquando pluralem numerum proferimus.

Ex quot partibus constet epistola, & quid
vnaqueque partium sit. Caput III.

Illis scitu dignis premissis, de partibus epistolæ sumamus
exordium. Abiectis itaque variorum opinionibus orationi potius
quam epistolæ partibus adherere consulentibus, epistolam in tres
partes secamus, adolescentulorum nostrorum utilitati accedendo,
qui in exordiendis epistolis, varijs suspensi cogitationibus non
mediocrem concipiunt difficultatem. Facilem tamen habituri
viam, si partes epistolæ dinoscant, illis tantisper quoad exer-
citatiores fuerint utendo. Sine partibus enim dictis epistola
conceditur, ast puerile ingenium talia perquirat. Epistola ergo non
sua tribus constabit partibus, Initio videlicet capite & fine.
Initium exordiumue epistolæ dicitur quod narrationem antecedit,
vbi aliquid quod legentem attentum beniuolumque faciat locamus.
Caput siue narratio dicitur quod principaliter intenditur & in-
tentum narrat, siue hoc pro quo aliquis scripturus est epistolam
quod communiter in medio epistolæ locandum venit, quibus se-
cundum diuersas epistolarum materias diuersa sortitur loca. Incipit
autem frequenter ab istis dictionibus; quare, ergo, igitur, ideo,
quod obrem, eapropter &c. Finis epistolæ dicitur, quod eam
venisse terminat; vbi illud quod in narratione posulat in esse

cum veniat aliquos pollicemur facturos quo finem epistolæ pulchre terminamus. Vnde tali fine pulchrius erit vtendum, non tamen summe necessarium.

Quedam in epistola necessario ponenda, simul ordo eorumdem. Caput V.

S Tructurus epistolam, Principio pro cōmuni cōsuetudine Salutem plurimā premittas, vel loco huius aliqd, nil tamē plus quod vanitatē pręferat adiciendo: quēadmodum plurimi faciunt sic inepte scribentes. Salutē plurimam dicit, cum syncero amore, vel cum fideli seruitute, & id genus inanis loquele plurimū. Quod autē hoc vt debes principio nostra suadet natura: quisquis enim salutem desyderat, qua nihil iucundius, dulcius nihil, nihil deniq; pręstantius ac melius (teste Platone in Gorgia) in hac vita reperitur. Illo itaq; sic posito, tunc initium, deinde caput, tandē finem venuste locabimus. Post finem vero epistolę Vale: vel, Cura vt tuę sanitatis rationē habeas & cōsimilia. Deinde locum vnde scribitur epistola, tum diem ex Calendario, vel planetę, aut si mauis Nonarū, iduum, aut Calendarū: cuius inuentio facilis in finali tabella annectit̃. Postea annos natiuitatis dñi: breuiter tandē nomine nostro in nominatiuo casu subscripto, charta occlusa in eius dorso, si mitti debet ad aliquē scribemus, nomē illius ad quē mittimus in datiuo casu, cum qbusdam epithetis psonis more peculiari adscribi solitis: quę pueros quoq; in calce facile cognoscere curabimus. Debet tamen talis suprascriptio incipi a nomine pprio potius q̃ a cognomine epitheti vel dignitatis: quous adulationis gratia nomina dignitatis proprijs pręponimus nominibus: quod magis vicio q̃ arti attribui iudicatur.

Epistolę exemplum vna & ordo partiu illarū trium quomodo aptius situantur. Caput VI.

Q Vamuis diuersi diuersis modis pręfatas in epistola situant partes. Nam alij a narratione incipientes quandoq; initium in medio statuūt, fine cōcludendo. Aliqui autē finem in principio iacentes, in capite cōcludere consueuerūt: quorū exempla breuitatis amore pro nunc missa facimus: quę dilis

genti exercitationi ignota esse nequeat. Si quæ tamē exempla
delectant: hoc vnum accipiat: vbi saniori iudicio, initium in
principio, caput in medio, finis in fine statuitur.

Argumentum epistolæ.

Pater hortatur filium ad cepta studia continuanda.

S. P. D. Quanta grauitas atq; molestia fili charissime presen-
tia occupauerit tempora, velim te in tuo animo volutare: vt
omnes ferme huius seculi cultores nō mediocribus afficiunt
calamitatibus: soli virtutū alumni/ soli bonarū artū studiosi
vitā agunt quietā liberā lætam & deificā. Ecce initium.
Quare te rogo atq; hortor, vt studia incepta indies augeas:
quæ vitam humanā omni pondere graui liberant atq; efficiunt
immortalem. Ecce caput. Tibi enim eousq; auxilia pre-
stabo quoad te a monitis iussisq; paternis nusq; secedere intel-
lexero. Ecce finis. Vale & vt parenti morem geras stude.
Cracouię ad xviij Kalendas Ianuarias Anno M. D. XXII.

Rudolphus parens tuus.

Hactenus de prima parte.

PARS SECVNDA.

Imitationem Marci Tullij Ciceronis eloquentiæ & Romani
eloquij parentis, ceterorūq; clarissimorū scriptorū ad epistolas
conflandas plurimū conferre. Caput primum.

AD structuram epistolarum facilem consequendam: plus
exemplis q̃ arte opus esse intelligo: & si arte imitatione
seu exemplis tota consistere videtur vis dicendi. Si tamen q̃
imitatione potissimū & exemplis vsus fuerit illius eloquentiæ
parentis Ciceronis in pauco tempore plurimū fructus & vti-
litatis eum ex eius campis vberimis reportaturū non dubito.
Is enim extat qui Cecropio fauo vsus est, is deniq; qui illi quæ
sua scripta delectant plurimū vim dicendi copiamq; verborū
affert. Sed ne id quod oraculo Phœbi apertius est, laudibus
extollere videamur, nunc ad exornationes pedem cōferamus.

Exornationes quasdā dictionū & sententiarū in epistola
verisimiliter, sicut & rerum fore, Caput II.

EXornatio solet in epistolis adhiberi vt eo venustior fiat, & legentem audientemue aliquantulum delectet. Quemadmodum enim diuersos colores addentes imaginibus splendoriores eas efficiamus. Ita in Rhetoricis qdam sunt ornatus, elegantiae, & colores dicti, qui si orationibus & epistolis inserantur non modicum illis splendoris & iucunditatis asferre videntur, eoque reddunt cultiores lepidioresque: quo congruentius aliquis eosdem epistolis adijciat. Quare quasdam generaliores elegantias saltim quas facile memoriae mandare iuuenes nostri, possent & quae sunt in vsu magis peculiare in capite sequenti inferemus.

Regulae quibus exornatur epistola quaeuis, pueris summe ad conficiendas epistolas praecessariae Caput III

Prima regula.

Nomini adiectiuo venuste substantiuum sine quo esse non potest adiungitur, & substantiuo proprium adiectiuum praepositur, vt: Lætus animus, magna voluptas, alma Venus, terribilis mors. Exornatur autem hæc clausula quando inter adiectiuum & substantiuum aliquid interponitur, vt: Gratissimus erga te meus animus. Benigna me excepisti mente, Magna Turcarum crudelitas.

Secunda regula.

Verbum quolibet orationem perfectam reddit, venuste autem finem clausulae occupabit. Vt, Sola virtus est quae hominem beatum efficit, Hæc res me immemorem tui nullo pacto finit.

Tertia regula.

Aduerbiū determinat verbum. Exornatur autem si penes verbum steterit, vt: Ego te mi Andrea vehementer amo. Studia bonarum artium me delectant plurimum. In studioso puero oblector plurimum.

Quarta regula.

Scietis nomina habentia ium in genitiuo plurali posse habere is vel es in accusatiuo plurali, vt: Ciuis ciuium, in accusatiuo dicimus hos ciues vel ciuis, omnes vel omnis. Vnde & Salustius Catilinariū sic incepit. Omnis homines qui sese student prestare ceteris animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant sicut pecora, quae natura prona atque ventri obedientia finxit.

Quinta regula.

B. iij

Quandocūq; adiectiuū steterit penes substantiuū in eodē casu
venuste adiectiuū mutabis in neutruū genus, & substantiuū in
genitiuū tantū, vt: multa pecunia, aliquod onus, nō ita venuste
dicimus, sicut: multum pecuniarū, aliqd oneris. Vnde Cicero
ad Celiū Edilem libro ij epistola vij scribens ait, Quū hoc ad
te literas darem, Nostrog; exemplo idem confirmare licet sic
scribentes, Vehemēter doleo tantū infelicitatis tibi euenisse,
quū tamē deo sic visum est, patienter vt toleres te rogo. Me-
mineris velim non semp ad animę salutē conducere longum
dexteroris fortunę statu. Nam deus tribus nos rebus in
hac fluctuantis vitę pegrinatione sæpenumero afficit, vt ven-
turę & immortalis vitę memores ad cælestia suspiremus.

Sexta regula.

Coniunctiuus pro indicatiuo lepide ponit, vt: qd dixeris scio,
pro dixisti, feceris pro fecisti: quod & in supioris regulę exem-
plo finali seruātū reperies. Idē Cicero fecit li. primo episto. ix.
cum dixit, Quū a vobis meę salutis auctoribus discesserim.

Septima regula.

Adiectiuū positiui gradus quādoq; exornat per suū oppositū
cum adiunctione negationis, vt cum dicere vis peritus, doctus,
iustus, venustus, elegātius dices, non imperitus, nō indoctus, nō
iniustus, nō inuenustus. Negatio enim addita positiuo cōtrarij
positiui significationē obtinet. Exempla tute apud plurimos
clarissimos scriptores diligentia adhibita reperies

Octaua regula.

Ornatus est apud Ciceronē post substantiuū ante adiectiuū
addere hoc relatiuum, is ea id, nulla tamē necessitate cogente
nisi ornatus causa. Vnde Cicero ad Curionē libro. ij epistola
prima, A te verobis terue ad summū & eas perbreues accepi.
Item Germanā tuā eamq; dem venustā maiore in modū diligo.

Nona regula

Dictio negatiua pulchre in fine clausule ponitur, vt, Ditiorem
revidi neminem. Et Cicero ad Appium li. iij. epistola sexta.
Hoc mihi gratius facere potes nihil. Itidē faciendum est cum
signo vniuersali & particulari affirmatiuo, comparatiuoq; &

superlatiuo: de vniuersali est textus epistolę iij Ciceronis, libro
xiiij, ad Thereniā, Inimici sunt multi, inuidi pene omnes. De
particulari ad Curionē, Illud profecto cognosces mihi te neq̃
chario rem neq̃ iucundio rem esse quēq̃. De cōparatio. lo
annes hoc tēpore factus est plusculo solutioꝝ. De superlatiuo,
Cicero omniū oratorum est eloquentissimus.

Decima regula.

Negatio non repetita interiecto verbo possum, valet, necesse
est vel oportet, vt apud Ciceronē li, ix, epistola xxiiij, ad Petum
Non possum ei non amicus esse.

Vndecima regula.

Quandoq̃ aliquod adiectiuū duobus nominibus substanti
uis annecti debet pulchre adiectiuum in principio locabitur.
Deinde illis substantiuis tum vel et geminātū præponetur. vt
Egregijs tum virtutibus, tum doctrinis exornatus est. Singu
larem & virū & imperatoꝝ patrē habuisti. Cicero ad Plancū
li, x, episto. prima, Facilis gubernatio est vt pducā autē, ma
gnæ tum diligentię est tum fortunæ. Item Annam, tum quia
formosa tum quia pulcerrimę pudicitię virgo est non possum
vehementer non amare.

Duodecima regula.

Relatiuū quod sequi deberet, ante suum antecedens non inue
niste ponitur, vt, quas ad me dederas literas summę consola
tioni mihi fuere. Et Cicero ad Publium Philippum li, xiiij, epi
lxxv, Quid mea causa facere possis velim si tibi graue non erit
certioꝝ me facias.

Tredecima regula.

Genitiuus dictio nē se regentem pulchre precedit quīs etiam
prepositio interueniat, vt, In dei nomine. Ex senatus consulto.
Ex magistri nostri sententia, Exempla pro arbitrio fingere, &
pro diligentia inuenire plura in monimentis clarissimorum
scriptorum poteris.

Quartadecima regula.

Hęc clausula: Necesse est, ornatissime in fine alterius clausule
locabitur, vt, Si hoc dimiseris, aliqd mali sequatur necesse est.

Si multa frivolo adulescenti non adhibebit: hunc in posterum
latrocinari necesse est. Sunt & alie adhuc pmultae regule exor
nationum similium, a quibus quoniam sparse sunt, & ut hee paucę fir
mius mentibus puerorum hęreant, nunc supsedeimus. Qui tamę
curiosiores in indagandis exornationibus rhetoricalibus fore
volunt, ad Vallengem, Augustinumq; Datũ, ultra omnia tamę
ad scripta Ciceronis eos remittimus.

Colores rhetoricos magis vtilis: quibus mirummodum
exornatur epistola nostra. Caput III. continet.

Sciendum est quod quidam sunt progressus tractusq; verborum
Sac sententiarum: quos nostri colores solent appellare: quibus
scilicet veluti coloribus imagines, ita orationes ornatu quodam
poliuntur. De quibus diffusius diceremus, si non in Rhetoricis
ad Herennium diligentissime explicati essent. Si tamę quis reli
quorum, qui hic non notant notitiam habere cupit, Rhetoricos
ad Herennium legat. Iam itaq; paucos admodum, qui hoc opu
sculum nostrum in immensam magnitudinem crescere non patia
entur, hic contemplare. Quorum primus est.

Repetitio qui fit quum continenter ab uno atq; eodem verbo
diverse clausule principia sumunt, ut, Scipio Numantiam sus
tulit, Scipio Cartaginem deleuit, Scipio pacem peperit, Scipio
civitatem servavit. Item, Nihil est virtute clarius, nihil amabili
lius, nihil honore dignius.

Conversio fit quando plures clausule in unam & eandem dicti
onem terminant: ut, Penos populus Romanus, iusticia vicit,
armis vicit, liberalitate vicit. Item, Quo tempore adolescens
iussa preceptoris spreuit, virtutes spreuit, scientias spreuit, ho
norem quoq; & gloriam spreuit.

Complexio est quando una dictio venuste plures clausulas in
cipit, & hec eadem illas terminat, ut, Qui sunt qui magistros
suos non honorant discipuli. Qui sunt qui virtutem persequuntur,
discipuli. Qui sunt qui turpitudinibus & immundicijs delectantur
discipuli. Qui sunt qui vulgo placere student: discipuli.

Translatio fit quum in eadem oratione idem crebro verbum collo
camus sub diversis significatis, ut, Bonum est amari, sed caue

ne ibi sit quicquam amari, Item, Cur ita studiose curas quod tibi multas dabit curas.

Contentio fit quū dictiones contrarij significati in oratione ponunt, vt: Quū tacendū est clamare non desinis, vbi vero vociferandum est obmutescis. Item in re frigidissima cales in feruentissima friges.

Sententia est oratio sumpta de vita quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita breuiter autē, vt, Liber est is existimāndus qui nulli turpitudini inseruit. Solus sapiens diues, Semp inops est qui multa cupit.

Articulus fit quū singula verba interuallis distinguunt cesa oratione, vt Acrimonia, voce, multū aduersarios perhorruisti Pulchre, laute, splende, lepide perorasti.

Continuatio est plurium dictionū & clausularū complexio ita vt vna sententia ex alia manare videat: & dici hic color sanguis orationis: sicut enim sanguis currit venis per totū corpus ita hoc colore in epistolis nostris vena constituit: vt per eam omnes partes epistolæ fluant nulla resistentia occurrente quæ fluxum impediat, vt, Illis duplex gloria debet, qui in dando beneficium non solum sunt liberales, sed etiā in exhibendo promptissimi. Item, Ei non multū fortuna potest obesse: qui sibi firmitus in virtute quā indiuitijs præsidium collocauit. Videturque huiusmodi oratio vno spiritu pronuntiari debere propter eius non inuenistam in dictionibus continuationem.

Similiter cadens fit quū (tamen si casus non insunt verbis) diuersæ clausulæ in similes casus exeunt, vel a similibus inchoant, vt, Turpiter audes facere, nequiter studes dicere, Item, Viuis inuidiose: delinquis studiose: loqueris odiose.

Membrum fit quum res breuiter absoluta sine multa demonstratione exprimit, & denuo alio membro orationis excipit, vt, In nulla re modum habuisti. Nam & inimico proderas, & amicum ledebas, & tibi ipsi non consulebas.

Annominatio fit quādo similes dictiones in voce apparent, tamen in significatione diuersæ, vt, Manibus hostiam mactabis manibus. Huius coloris plures sunt modi: qui breuitati studendo obmittunt ad presens,

Subiectio fit quū interrogantes nos ipsi respondemus illudq̃
aduersariū fecisse negamus, vt, Velim scire vnde iste tam mul-
tam acquisiuit pecuniam? Alchimia opinor eum esse vsum, &
eam non solum non didicit, sed neq̃ vidit.

Gradatio fit quū ab illa dictione quæ præcedentem terminat
clausulam sequentem incipimus: licet casus variet, vt, Saxa
leena sequitur lupum, lupus capellam, capella citissim.

Diffinitio est quādo rei alicuius ppria cōplectit vis & natura,
vt, Fuge avaritiā quæ non aliud est q̃ rerum alienarū iniuriosa
postulatio, Fuge luxuriā quæ mentis, sensuq̃ est eneruatio.

Transitio fit quū ostendendo quæ breuiter dicta sunt, propo-
nimus item breui qd consequat, vt, Mea in istum beneficia di-
ximus, nunc quā gratiam mihi retulit accipite, Item, Satis de
transitione ad correctionem reuertamur.

Correctio est quæ tollit id quod dictū est, & pro eo quod ma-
gis idoneū est reponit, vt, Noui humanitatē patris tui, imo no-
stri, Fitq̃ per hæc aduerbia potius imo.

Occupatio quum dicimus nos præterire, aut nescire, aut nolle
dicere id quod maxime postea dicimus, vt, Non dico te a so-
cijs pecuniā accepisse, Item, Nilhil iam de tuis flagitijs dicam,
Tamen si ab ineunte ætate omnium nequissimus extiteris.

Circuitio quæ etiā simpliciter assumptā circūscribit eloquuti-
onem, vt, Scipionis prudentia Carthaginis opes fregit.

Dubitatio fit quū de pluribus, aut de duobus dubitamus: utrū
sit eligendum, vt, tantis me cumulasti bonis, vt quod prius ex-
primere debeam nescio.

Permissio est quū scriptis aut dictis rem nostram alicuius vo-
luntati cōcedere ostendimus, vt, Quod mihi reliquū est vestre
condono potestati, vos me vestro pacto vtamini: hoc colore
misericordiam multum cōmonemus.

Prænominatio fit quū pprium nomen vnus transfert in aliud
ppter excellentiā, vt, pppter equitatē aliquē vocamus Catonē,
propter eloquentiā Ciceronem.

Denominatio fit quū rem aliquā pprio vocabulo exprimimus:
Ita ab effectu seu ab inuentione, Ver, in vi, Male suada fumes.

& Bacchus pro vino: Ceres pro pane.

Exemplum fit quū aliquod egregiū dictum cum auctoris nomine adducimus, vt Hercules quia virtutem sequutus est immortale nomen habere meruit.

Conclusio fit quū ex pluribus enumeratis vnū vltimo necessarium inferitur vt apud Ver. O quā te minorem virgo: namq; tibi haud vultus mortalis nec vox hominē sonat. O dea certe. Translatio est dictionis vel orationis in aliam significationem acceptio ppter aliquā similitudinē vtriusq; congruam, vt volentes exprimere simplicitatem alicuius, dicimus esse agnum, Luxuriam, suem, Rapacitatem, leonem. Volentes exprimere aliquā fore meretricē, dicimus eam gaudere nouo agricola.

Disiunctio fit quādo cuilibet determinabili sua adiungit determinatio, vt, absentiae tuae doleo: q̃a suauissima cōsuetudine frui non licet, & gaudeo q̃ sanitatis tuae rationem habeas.

Commutatio est quando duae sententię adinuicem ita ponunt q̃ altera per conuersionem ex prima proficiscat sibi cōtraria, vt hoc modo esse oportet vt viuas non viuere vt edas. Item, Plus valet vna multorum sententia, q̃ plures vnus.

Coniunctio fit quū interpositio verbi & superiores partes orationis comprehenduntur & inferiores: vt formae dignitas, aut morbo deflorescit aut vetustate.

Adiunctio fit quū verbum quod ad plura ptinet nō in medio sed in calce aut in principio collocatur: vt eloquentia & studio & loquēdi assiduitate acquiritur. Deflorescit formę dignitas: aut morbo aut vetustate.

Significatio fit quū in aliqua dictione aliqd subintelligimus, vt tu lauas laterem: es homo trium literarū. Pater tuus emundet cubito nasum.

Breuitas fit quū dimisfis superfluis verbis: tantum necessarijs vtimur: qui color & in epistolis & in carmine plurimū est adhibendus. Plures huiusmodi exornationes requiras ex Rhetoricis Ciceronis ad Herennium.

Tabella nonarum iduum calendarumq;

Caput V.

C ij

TABELLA NONARVM IDVVM ET CALEN DARVM.

	Ja.	Fe.	Mar.	Ap.	Ma.	Jun	Jul.	Aug.	Sep.	Oc.	Mo.	De.
Calende per se	Li	Bri	mar	A	Pbil	Maic	Jul	Peir	E	Re	Om	De
6 sexto		ci		us	fig	pro		mi				
5 quinto		us		crup	ces							
4 quarto	st	pur	o	pill	flor	mar	pro	steph	gl	fran	ne	cent
3 tertio	o	bla	fi	in	got	cel	co	step	bat	ci	no	ber
2 pridie	ta	fus	ci	am	lo	le	pl	pro	um	scus	uem	bar
Idone per se	nus	ag	to	bro	an	bo	vll	do	sep	mar	bre	ba
8 octauo	e	vor	de	fi	sta	vin	hi	fix	la	cus	le	ni
7 septimo	pi	fe	co	i	nls	dat	li	do	bet	ol	o	co
6 sexto	fi	bri	ra	fr	e	tun	fra	ci	nat	ger	qua	con
5 quinto	bi	ap	tur	stis	pi	pi	be	ro	gon	ar	te	cep
4 quarto	ven	scbo	gre	o	ne	mi	ne	lau	gon	te	o	et
3 tertio	df	la	go	uat	ser	ba	mar	ti	pro	q	mar	al
2 pridie	cat	sti	ri	at	et	ter	gar	bur	la	calp	rin	ma
Idus per se	oc	ca	o	q	sophan	a			ci	bed	bric	lu
19 decimono.	ci	fe										
18 decimo oc.	a	li										
17 decimo sep	san	mar		ti	ten			sum	crup		ci	
16 septodeci.	crus	ant	va	ger	ci	tus	vi	post	ti	nic	gal	i
15 quindeci.	ab	pri	lent	rud	ce	in	q	ar	a	lam	lu	q
14 quattode.	in	sta	su	ab	va	bac	mar	nol	ga	per	cas	bee
13 tredecimo	de	fab	li	ba	ler	se	pro	pbus	pi	te	trans	e
12 duodeci.	tbo	ag	con	be	san	ri	tos	piar	ti	q	vnd	h
11 vndecimo	mas	vin	fun	ne	cti	e	al	magti		mat	se	pre
10 decimo	mo	cen	ge	iun	q	te	san	ap	mo	mau	se	ce
9 nono	do	ti	tunc	cta	ge	net	cti	cris	bar	ri	ue	cle
8 octauo	nat	pau	pe	ma	or	vz	lo	la	tbo	ci	cris	chiff
7 septimo	steph	po	trum	ri	mar	ban	an	co	lo	us	pi	ka
6 sexto	io	no	mat	a	ci	in	lo	bi	ruf	et	nls	te
5 quinq	pu	bi	tbi	ge	q	pe	do	q	au	sta	fi	ri
4 quarto	tbo	le	am	ni	vi	de	le	fel	col	ven	mo	na
3 tertio	me	lu	in	tri	ta	cris	pe	ab	au	mich	nls	sed
2 pridie	fyl	men	de	ce	lis	pan	pau	dou	cti	bier	quin	ande

Tituli vnicuique personae conuenientes.

Caput sextum & vltimum.

T Vrpe profecto est epitheta quæ superioribus accomo-
dantur infimæ conditionis hominibus attribueri, aut quæ
religiosis cōueniunt secularibus accomodare. Non enim decet
summū pontificem appellare inuidiissimū, vel fortissimū. Im-
peratorē vero beatissimū aut sanctissimū, Quomodo itaq; vni-
cuiq; psonę scribendū est ostendemus a religiosis incipiendo.

Ad summum pontificem.

Pontifici maximo summo Romanoq; scribētes, eum Christi-
ani cultus moderatorē dominici gregis pastorem, patrem cle-
mentissimū, sanctissimū, beatissimū, amplissimū, pientissimum
indulgentissimū, misericordissimū, benignissimumq; apellabi-
mus, Cui talem in literarum tergo titulum dare poterimus.

Leoni Decimo, Christiani cultus moderatori pientissimo, Ro-
manæq; basilicę pontifici maximo, Summus vero pontifex mi-
nores quoscūq; pontifices fratres, reliquos autē filios in lito-
ris publicis appellat. Ad pontifices itaq; inferiores scribens
sic in literarū fronte profatur, Leo decimus dei nutu ouilis do-
minici custos designatus dilectis fratribus episcopis salutē &
apostolicam benedictionē. Cęsarem vero vel regem sic aggre-
ditur, Leo decimus dominici gregis pastor, dilecto filio Sigis-
mundo Polonię regi Augusto faustioq;. Schismaticis autē gen-
tilibusq; huiusmodi scribit titulū. Leo decimus dei gratia chri-
stianę plebis pontifex maximus, Mahumeto Turcarum prin-
cipi maximo, sanioris mentis spiritū rectiusq; consiliū exoptat

Ad minores pontifices.

Pontifices minores Cardinalē, patriarcham, archiepiscopum,
episcopū, Protonotariū, abbatēq; appellamus, ipsum itaq; am-
plissimum venerandissimū, obseruatissimū, pientissimū, inte-
gerrimum, sapientissimū, grauissimū dicemus. Talem autē si
cardinali scribendum erit in epistolarū tergo titulum assigna-
bimus. Frederico tituli sanctę Lucię Cardinali, presbitero, ar-
chiepiscopo Gnezneñ, episcopoq; Cracouiēñ patri obseruan-
tissimo, Episcopo vero talem, Petro Thomiczki episcopo Po-
snaniensi patri nō minus pientissimo q̄ venerando. In epistolę
autē medio amplitudinē, obseruantia, prestantia, clementiam,

benignitatem pietatemq; dicemus. Protonotario præterea sicut in epistolarum tergo scribemus. Erasmo Cuspiniano Romanæ basilicę protonotario non minus acuratissimo q̃ fideli. Abbates vero & reliquos sacerdotes talibus in epistolarũ tergo titulis decorabimus. Erasmo de Cracouia diuina patientia Clare tumbę religioso integerrimoq;. In epistolę autẽ medio reuerentiam dignitatem paternitatemq; scribemus.

Ad Cęsarem.

Inuidiissimũ christianorũ regem, felicissimum imperij protectorem, triũphatorẽ, augustum, faustissimũ, pientissimũq; appellabimus. Cui talis in epistolarum tergo titulus tribuit. Karolo diuino afflante spiritu Romanorũ totiusq; christianitatis imperatori, Cęsarique augustissimo. In epistolę vero medio, magestatem, serenitatẽ, amplitudinẽ, celsitudinẽq; dicemus.

Ad reges & minores principes.

Regem, ducem, principem, christianissimũ, potentissimũ, magnificientissimũ, inclitum, serenissimũ, illustrissimumq; vocabimus. Cui talem in epistolę tergo titulum adiciemus. Sigismundo dei gratia regi Polonię christianissimo magnoduci Lituanię, Russię, Prussię &c. domino & heredi. In epistolarũ medio, magestatẽ, serenitatẽ, potentiam dicemus.

Ad palatinos & capitaneos castellanosq;.

Palatinum, capitaneũ, castellanũ, magnificũ, magnanimũ, generosum, strenuosissimũq; dicemus. Cui in epistolarum tergo talem tribuimus titulum. Christophoro de Shydlovviecz Palatino cracouiẽ, magnifico splendidissimũq;. In epistolarum autẽ medio, splendorem, excellentiã, magnanimitatẽ, strenuitatemq; dicemus.

Ad plebeios.

Plebei viri tripartiti reperiunt, aut enim maiores sunt aut mediocres: aut minores siue infimi. Maiorem: plebeũ: spectabile sapientem: officiosum: consumatũq; virũ dicemus. In epistolę medio idem seruantes.

Mediocre[m] plebeũ: prudentẽ: humanissimũ: probissimumq; appellabimus. Idem in medio epistolę custodiendo.

Minorem vero seu infimum: discretum: moratum: solertem: exo-
pertum obsequentem fidelissimumque dicemus. Idem sibi in medio
epistolę adscribendo. Ad studiosos viros.

Studiosi viri omnes appellantur quicumque scientijs dediti sunt.
quorum titulos per ordinem suis locis locabimus.

Ad theologum.

Theologum diuinarum humanarumque rerum interpretem. Sacra-
rum literarum cultorem: sacre pagine professorem: sacre scientie
summum expositorem: sapientissimum: eximium: excellentissimumque
dicemus. Cui talem in epistolarum tergo dabimus ti-
tulum. Stanislao Biel sacre pagine professori tam excellen-
tissimo quam sapientissimo. In epistolę vero medio: sapientiam
excellentiā dicemus. Ad iurisperitum.

Iurisperitum diuinarum humanarumque legum interpretem: pon-
tificij: cesarei vel imperatorij iuris doctorem: vtriusque iuris pro-
fessorem: eximium: excellentissimum: æquissimum: acutissimumque di-
cemus. Cui in epistolarum tergo talem assignabimus titulum.
Nicolao de comprouintia iurisperitij doctori tam excel-
lentissimo quam æquissimo. In epistolę medio sapientiā: probitatē
æquitatemque dicemus. Ad medicum.

Medicum: medicę artis professorem: morborum curatorem: egri-
tudinum impulsatorem: solertissimum medicinę indagatorem
acutissimum: promptissimum: expertissimum doctissimumque voca-
bimus. In literarum tergo talem sibi titulum attribuentes. Matthie
de Miechov Medicę artis p̄fessori acutissimo doctissimoque.
In epistolę medio sapientiā: peritiā: excellentiamque dicemus.

Ad Philosophum dialecticamque.

Philosophum naturę exploratorem: causarum speculatorem:
humanę sapientię inquisitorem: bonarum artium interpretem.
grauissimum: acutissimum: prudentissimumque dicemus. Eidem talem
in tergo literarum titulum adijcientes. Joanni de Leopoli phi-
losopho excellentissimo: naturęque cōtemplatori acutissimo.
Iacobo de Cleparz bonarum artium interpreti integerrimo do-
ctissimoque. In epistolę vero medio modestiam: sapientiā: gra-
uitatem dicemus. Ad methematicum.

Mathematicū, Arithmeticæ, vel Geometrie, vel syderalis scientie professorem, syderū speculatorem, rerum futurarū exploratorem, peritissimū, prudentissimū, perspicacemque dicemus. Cui talē in epistolarum tergo titulū tribuemus. Stanislao de Cracouia Mathematicæ artis p̄fessori acuratissimo, doctissimoque, Nicolao de Shadek, futurarū rerum indagatori expertissimo. In epistolarum vero medio, sapientiā, acumen, subtilitatem dicemus.

Ad Musicum.

Musicum vatemque eisdem ferme titulis decorabimus, musarū cultorem appellantes, Pyeridum filiū, Musarū alumnū, Castalio fonte potum, alijsque multis hijs similibus. Sacrum, diuinū, elegantissimū, facundissimū, suauissimū, ornatissimumque dicemus. Cui in tergo epistolæ talem attribuemus titulum. Vdalrico Fabri, musarū cultori tam ornatissimo quam eleganti. In epistolæ vero medio, facundiam, elegantiam, summitatem, diuinitatem, ornatum, integritatemque dicemus.

Ad Oratorem.

Oratorem latini eloquii moderatorem, latinæ linguę vnicū splendorem, decus eloquentie, facundissimū, disertissimū, eloquentissimū, elegantissimū, limatissimū, prestantissimūque appellabimus. Cui talem in epistolarum tergo titulum adijciemus. Philippo Gundelio oratori facundissimo integerrimoque. In medio vero epistolę, elegantiam, grauitatē & similia hijs scribemus.

Ad Grammaticum.

Grammaticū, latini sermonis exploratorem, Poëtarumque interpretem, humanitatis studiorum principem, disertissimum, acuratissimū copiosissimū, doctissimū, peritissimū, humanissimumque dicemus. Cui talē in literarū tergo titulum dabimus. Martino de Leziensko, Poëtarum & oratorū interpreti disertissimo, acuratissimoque. In medio vero epistolę, doctrinam, integritatemque dicemus.

Ad Scholasticum.

Scholasticum quemque, literarię disciplinæ dicatum, literarum haud expertem, bonarū artium studiosissimum, apprimeque eruditum dicemus. Cui talem in tergo epistolę attribuemus titulum. Ioanni Rutheno bonarū artium studiosissimo optimoque,

In epistolę vero medio, doctrinam, eruditionē, studiumq; scribit.
Ad cognatos. (benius.

Pater filium vel nepotem, charissimū, dulcissimū, dilectissimū, lepidissimū, suauissimumq; appellat. Filius autē patrem vel patrum, anuuculum vel auum, pientissimū, optimum, humanissimumq; ac gratiosum. Quibus tales in epistolarū tergo tituli tribuunt. Filius ad patrem, Nicolao Herburth patri pientissimo atq; vnice colendo. Pater autē ad filiū, Andreę Herburth filio charissimo suauissimoq;. In epistolę vero medio, pater ad filium, pietatem, charitatem, amorem, beniuolentiamq; dicit. Filius autē ad patrem, paternitatē, obseruantiam, dignitatēq;

Ad feminas. (scribet.

Feminam castitatis decus, pudicitię exemplum, honestatis speculum; pudicissimam; castissimam; integerrimam; honestissimamq; dicemus. Cui tales in epistolarū tergo titulos assignemus. Barbarę Fusę, feminę honestissimę, integerrimęq;. Annę Monetarię virgini moratissimę pudicissimęq;. In epistolę autē medio, pudicitiam, castitatem, honestatem, integritatēq; dicemus. Illud autē sciendum est, q; feminas virorū titulis decorare possumus, vt Bonę Reginę Polonię illustrissimę. Ex superioribus ergo secundum rei personęq; exigentiā, non tantum in hoc sexu verum in altero, adolescens acuratissimus quisq; ex se poterit condecetes titulos assignare. Multi enim sunt quibus diuersi atribuendi sunt tituli, propter variam eorundem conditionem.

DVO EXEMPLA IN QVI

bus tres distinctas partes epistolę, secundum ordinē contemplari licet.

Argumentū epistolę.

Nouitates narrant amico.

Quotienscumq; ad me scribis, vehementer oras, vt quęcumq; in Bitinia fiunt tibi significaremus. Inde fit vt nunq; ad te scribam, nisi noui aliquid accidat quod tibi significetur. Ecce initium. Eamobrem nunc oblata materia

litteras accipies diu fortasse desyderatas. Leonem ex Aphrica
(vt arbitror) ad nos adductum proxime vidimus, ligneis canis-
cellis claustrisq; ita circumdatum, vt exire inde nullo modo
possit, eo immissa sunt diuersi generis animalia, vrsus, taurus,
lepus, canis, aliaq; multa, tum vero a Leone in fortissima seui-
tum est. Magnę tamen pietatis exemplum in imbecilliora præ-
buit. Leporem enim natura timidum & fugacem non modo
non lesit, sed a canis quoq; persecutione liberauit. Eo quoq;
laniato, timenti lepori caudę motu blanditus est. Ecce caput
Hęc sunt quę tibi significanda censui. Tu si quid habes quod
me scire oporteat, ne parcas dextrę, sed continuo mihi per li-
teras significa, munus amicitię sic confirmaturus. Ecce finis
Vale, vñ decimo kalendas Ianuarias.

ALIA PASSIONVM

DECLARATIVA

Quoniam nec dici, nec agi recte a quocumq; solet, si ani-
mus affectibus fluctuet vagusq; sit. Ecce initium.
Iccirco n hil reliquum istis literis committam, nisi me nescire
quid scribere debeam. Ecce caput. Tu breuitati literarum,
quā nō negligentia parit ignosce, liberiori namq; animo
plura scribam. Ecce finis. Vale.

14

AD LECTOREM STV
DIOSVM.


HAbes iam lector mi succinctam in componendas episto-
las introductionem, dedita opera pro cōmodo tuo elabo-
ratam, quam neqꝫ ppter paginæ breuitatē despexeris. Solent
etenim interdum exigua magnorꝫ vim superare, quod in n ar-
garitis lapillisqꝫ preciosis, & hijs quideam minimis deprehē-
dimus. Et si mauis corpus pusillum, immensæ molis in se vir-
tutem ambire natura consuevit, vt de Thideo scribit Home-
rus, a quo breui & exiguo Thebanos omnes supatos fuisse tra-
dit. Staius quoqꝫ Homerū credo sequutus, de eodem inquit,
Maior in exiguo regnabat corpore virtus. Quare fac vt hunc
legas. Vnde (si quæ hic leges, exercitationi accomodaueris)
breui tēporis vsuram tibi accedere maximā pulcherrimamqꝫ
cognosces. Vale, & boni consule.


GRACCHOVIÆ APVD
FLORIANVM M. D. XXII.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

MS. A. 9. 2. 10







Biblioteka Jagiellońska



stdr0041040



